

conferri salutem. sic extra ecclesiam baptis-
tis. si ad ecclesiam non redierint eodem bap-
tismo cumulari permiciem. **T**anto enim valz
ecclesiastice societatis vnitas ad salutē. vt
baptismo non saluetur qui non ibi datur. vbi
oportet vt datur. **I**n esse tamen homini bap-
tismū etiā extra ecclesiam baptisato. sed ad
iudicium inesse ab ecclesia separatum. et quia
manifestum est vbiūq; datum fuerit hoc
baptisma semel esse dandum. **I**deo et si ab
hereticis in nomine patris et filij et spiritus
sancti datum fuerit venerabiliter cognoscēdū
et ob hoc nullatenus iterandum. **S**aluator
enim ait. **Q**ui semel lotus est non indiget nisi
vt pedes lauet.

Hemissime tene et nullatenus dubites
omnē extra ecclesiam catholicā bap-
tisatum participem fieri non posse vi-
te eterne. si ante finē vite huius catholice non
fuerit iteratus atq; incorporatus ecclesie. quā
si habeam inquit apostolus omnem fidem et
nouerim omnia sacramenta karitatem autē
non habeam nichil sum. **N**am et in diebus di-
luuij neminem legimus extra archā potuisse
saluari.